



BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

IVLIVS FELTRI

VS DE RVVERE MISERA

TIONE DIVINA EPISCOPVS PRAE-

neſtinus, Archiep̃us Rauenñ. S. R. E.

Card. Vrbiñ Almæ Lauretanæ Do

mus Protector, & Gubernator,

Eiuſdem Almæ Domus Locumtenenti noſtro

Archipreſbitero, alijſq; dignitatibus Ca-

nonicis, Manſionarijs, Clericis, &

reliquis Miniſtris ſalutem in

Domino ſempiternam.



Anconæ per Aſtulphũ dẽ Grandis Veroñ. 1576.

QVAMVIS Omnipotenti Deo,
eiuſq; Matri Glorioſiſſimæ vbiq; lo
corum quodcũq; pij famulatus obſe
quiũ ab omnibus ſit impẽdendum;
præcipue tamẽ in Auguſtiſſima Lauretana Do
mo, cuius vel parietes ipſi deuotionem, ac religio
nem redolere videntur, id fieri debet: excellentio
riq́; modo ab his, qui ſeſe illius ſeruitio mancipa-
runt: quippe qui diuina inibi myſteria, vel aſſi-
due tractantes, vel quouis alio munere fungentes
Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudio, morum grauitate,
ac vitæ honeſtate longe alios præcellere debeant.
Quamobrem quo facilius, & plenius vnuſquiſq;
veſtrum eò attingere poſſit, ſciatq́; quid ſibi potiſ
ſimum ſit agẽdum, quiduè prætermittendum; vt
à vobis eiuſmodi ſeruitus exhibeatur, quæ tanti
loci dignitatem, & ſanctitatem maxime deceat:
Nos, qui illius regimen, licet immeriti, diſponente
Domino, ab Apoſtolica Sede dudum accepimus;
tantum noſtræ ſalutis monumentum veluti ſa-
croſanctas Chriſti Domini, eiuſq; Virginis Ma
tris reliquias dignè, quantum in nobis eſt, aſſer-
uari, ac in omnibus rectè gubernari enixè curan
tes, proſpiciẽteſq; id in primis ab ipſarum legum,
loco, & tempori aptarum editione, & obſeruan

tia pendere, ad Conſtitutiones tum veteres, præſertim Fe. mem. Illuſtriſsimi Cardinalis Carpenſis prudenter alioquin traditas, pro rerum, & temporum conditione reformandas, vel moderãdas, tum nouas ex his, quæ vel à Sacro Tridentino Concilio decreta ſunt ad rem facientia, vel aliunde pro felici huius Almæ Domus regimine ſumpſimus promulgandas, animum adiecimus: ac annuẽte Deo eiuſq; Genitrice ſemper Virgine Maria, opus in quatuor partes diuiſum, in quarum prima de ipſius Almæ Domus Miniſtris, in ſecunda de eorum electione, in tertia de his, quæ ad Diuinum cultum, in quarta, & vltima de his quæ ad vitæ honeſtatem pertinent, & abſoluimus; & vobis proponendum, ac dirigendum meritò duximus. Illud itaq; alacri animo ſuſcipite, & quæcunq; in eo ſtatuta ſunt, anterioribus omnino poſtpoſitis, & abrogatis re ipſa perficite: Voſq; omnes ita religioſos oſtendite; vt tãto loco, & obſequio non indigni nempe videamini; confluentiumq; hominum deuotio, ne dum nullatenus minuatur, vel potius quotidie magis amplificetur, & augeatur. Quod reliquum eſt; in Domino valete: & preces ad Deum, ipſamq; Virginem Beatiſsimam pro nobis iugiter effundite. Dat.

PRIMA PARS CONSTITVtionum, de Miniſtris Almæ Domus.

VT In ædificijs conſtruendis præter eos fabros, qui particularia officia exercent, neceſſe eſt Architectum eſſe aliquem, qui totius ædificij curam gerat; quiq; reliquorum officia pro ſuo arbitratu emendet, dirigat, & vndequaq; perficiat: ſic etiam in hac ſacroſancta Domo præter eos, qui particularia munia ſubeunt, vnus aliquis eſſe debet, qui non modo familiæ vniuerſæ gubernaculum teneat; verum etiam ſpiritualium, & temporalium rerum omnium curam, & ſuperintendentiam habeat: qui hunc ſibi finem conſtituat; vt bene gubernetur, conſeruetur, & augeatur quicquid ad huius ſanctæ Domus emolumentum, ornatum, & religionem pertinet. Hic autem erit is, qui vices noſtras pro tempore geret; cui tanq; nobis ipſis omnes obedientiam, amorem, & reuerentiam ſummo ſtudio deferant; vt ipſorum obſequio, & beneuolentia incitatus libentius, ac facilius totius gubernatio-

nis onus ſuſtineat. Is autem ſe talem exhibeat; vt ab ipſo tanq; ſpeculo in alto dignitatis gradu conſtituto, reliqui omnes virtutum, & totius ſanctitatis exempla deſumant: Nouerit etiam ſeueritatem ſuo tempore, & loco cum benignitate miſcere: In erratis, delictiſuè, quibus pro eius arbitrio erunt pœnæ iniungendæ, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, cum ei opportunum videbitur, procedat: Errores verò, qui inter canendum, legendumuè in Choro contigerint, ipſe, ſi aderit, eoq; abſente dignior de Capitulo corrigat. Curet præterea duas affigi tabulas, vnam quidem, in qua contineatur ſeries feſtorum mobilium, ac aliorum dierum, quibus ſolemnia ſunt peragenda tàm pro diurnis, quàm nocturnis Officijs, & Miſsis celebrandis, alteram verò in quam benefactores huius Almæ Eccleſiæ tàm viui, quàm defuncti referantur: pro quibus in ſacrificijs Miſſæ inſeratur oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum Dominaris. Singulis quoq; menſibus duas Miſſas cantari vnam pro benefactoribus, viuis, alteram pro defunctis cum reſponſorijs, quæ

adhibentur indie Commemorationis omnium defunctorum. Seruari prælerea Decretum Sanctiſſimi Domini Noſtri, vt tertio quoq; menſe duæ Miſſæ cantentur, tàm pro his, qui in ſuperiori tempore quàm, qui in poſterum eleemoſynas ad Miſſas pro ipſorum voto celebrandas ſunt elargiti, vel elargientur in poſterum. quapropter iuxta decreti formam ſunt præmonendi, qui ad hunc finem eleemoſynas porrigunt: cuius quidem decreti exemplum in tabula vulgari idiomate conſcriptum in conſpicuo loco teneri debeat; nec minori cura ſatagat Gubernator, ſeu Locumtenens, vt Confeſſarij ad audiendas confeſſiones expoſiti bene perſpectam caſuum conſcientiæ rationem habeant; & ne poteſtatem, quam non habent, exerceant. Omnes bullam in Cœna Domini in publico loco affixam perlegere, & intelligere teneantur. Beneq; animaduertat Gubernator tantum onus ſibi impoſitum, vt omnium officialium curam ſit redditurus: Idcirco vigilanti ſolicitudine, & prudenti diſcretione, quid vnuſquiſq; in ſuo officio exequatur, crebrò animaduertat: atq;, vt id fa-

nis onus ſuſtineat. Is autem ſe talem exhibeat; vt ab ipſo tanq; ſpeculo in alto dignitatis gradu conſtituto, reliqui omnes virtutum, & totius ſanctitatis exempla deſumant: Nouerit etiam ſeueritatem ſuo tempore, & loco cum benignitate miſcere: In erratis, delictiſuè, quibus pro eius arbitrio erunt pœnæ iniungendæ, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, cum ei opportunum videbitur, procedat: Errores verò, qui inter canendum, legendumuè in Choro contigerint, ipſe, ſi aderit, eoq; abſente dignior de Capitulo corrigat. Curet præterea duas affigi tabulas, vnam quidem, in qua contineatur ſeries feſtorum mobilium, ac aliorum dierum, quibus ſolemnia ſunt peragenda tàm pro diurnis, quàm nocturnis Officijs, & Miſsis celebrandis, alteram verò in quam benefactores huius Almæ Eccleſiæ tàm viui, quàm defuncti referantur: pro quibus in ſacrificijs Miſſæ inſeratur oratio. Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum Dominaris. Singulis quoq; menſibus duas Miſſas cantari vnam pro benefactoribus, viuis, alteram pro defunctis cum reſponſorijs, quæ

adhibentur indie Commemorationis omnium defunctorum. Seruari præterea Decretum Sanctiſsimi Domini Noſtri, vt tertio quoq; menſe duæ Miſſæ cantentur, tàm pro his, qui in ſuperiori tempore quàm, qui in poſterum eleemoſynas ad Miſſas pro ipſorum voto celebrandas ſunt elargiti, vel elargientur in poſterum. quapropter iuxta decreti formam ſunt præmonendi, qui ad hunc finem eleemoſynas porrigunt: cuius quidem decreti exemplum in tabula vulgari idiomate conſcriptum in conſpicuo loco teneri debeat; nec minori cura ſatagat Gubernator, ſeu Locumtenens, vt Confeſſarij ad audiendas confeſsiones expoſiti bene perſpectam caſuum conſcientiæ rationem habeant; & ne poteſtatem, quam non habent, exerceant. Omnes bullam in Cœna Domini in publico loco affixam perlegere, & intelligere teneantur. Beneq; animaduertat Gubernator tantum onus ſibi impoſitum, vt omnium officialium curam ſit redditurus: Idcirco vigilanti ſolicitudine, & prudenti diſcretione, quid vnuſquiſq; in ſuo officio exequatur, crebrò animaduertat: atq;, vt id fa-

cilius exequi valeat, præcipuorum officialium partes, atq; omnium cathalogus inferius ſubijcietur.

CAPVT. II.

SINT autem in hac Alma Eccleſia tres Clericorum ordines, quo integrum Capitulum conſtituant, in primo quidem Archipreſbiter, Archidiaconus, Præpoſitus, Decanus, & duodecim Canonici, in ſecundo duodecim Manſionarij, in poſtremo duodecim Clerici Chori nuncupati; ex quibus præter illum diuinum cultum, cuius ſuperius meminimus, & ad quem omnes ex officio tenentur, aliqui quotannis ex ſingulis ordinibus ad varia munera pro Gubernatoris, ſeu Locumtenentis arbitrio aſſumentur; ne tot impenſis in externis Miniſtris alendis hæc Sancta Domus grauetur; qui vt ſuis officijs probè, fungantur, diligenter erit curandum.

CAPVT. III.

TRES itaq; Capellæ Cuſtodes conſtituantur, Canonicus, Manſionarius, & Clericus; qui per ſuas hæbdomadas confluente præſertim populo, ab illius cuſtodia non recedant. Reliqui verò, qui non erunt hæbdomadarij, populo minore concurrente, diuinis aſsiſtant; quòd ſi non interfuerint, pro non reſidentibus punctentur. Et cum hoc ſit digniſsimum inter omnia huius Eccleſiæ officia, ſumma puritate, & fidelitate illud exerceant. Curent præterea Cuſtodes; vt tam ſacer locus exteriori quoq; munditia, & ornatu ſemper èffulgeat; nec permittant quemq; ingredi eam ſanctiſsimæ Capellæ partem, quæ eſt à tergo Altaris, ſine Gubernatoris, ſeu Locumtenentis licentia, niſi ſpectatæ nobilitatis, magnæq; auctharitatis homines fuerint, neq; Sacram Communionem in eadem Sanctiſsima Capella ſuſcipere ſine eiuſdem licentia.

cilius exequi valeat, præcipuorum officialium partes, atq; omnium cathalogus inferius ſubijcietur.

CAPVT. II.

SINT autem in hac Alma Eccleſia tres Clericorum ordines, quo integrum Capitulum conſtituant, in primo quidem Archipreſbiter, Archidiaconus, Præpoſitus, Decanus, & duodecim Canonici, in ſecundo duodecim Manſionarij, in poſtremo duodecim Clerici Chori nuncupati; ex quibus præter illum diuinum cultum, cuius ſuperius meminimus, & ad quem omnes ex officio tenentur, aliqui quotannis ex ſingulis ordinibus ad varia munera pro Gubernatoris, ſeu Locumtenentis arbitrio aſſumentur; ne tot impenſis in externis Miniſtris alendis hæc Sancta Domus grauetur; qui vt ſuis officijs probè, fungantur, diligenter erit curandum.

CAPVT. III.

TRES itaq; Capellæ Cuſtodes conſtituantur, Canonicus, Manſionarius, & Clericus; qui per ſuas hæbdomadas confluente præſertim populo, ab illius cuſtodia non recedant. Reliqui verò, qui non erunt hæbdomadarij, populo minore concurrente, diuinis aſsiſtant; quòd ſi non interfuerint, pro non reſidentibus punctentur. Et cum hoc ſit digniſsimum inter omnia huius Eccleſiæ officia, ſumma puritate, & fidelitate illud exerceant. Curent præterea Cuſtodes; vt tam ſacer locus exteriori quoq; munditia, & ornatu ſemper èffulgeat; nec permittant quemq; ingredi eam ſanctiſsimæ Capellæ partem, quæ eſt à tergo Altaris, ſine Gubernatoris, ſeu Locumtenentis licentia, niſi ſpectatæ nobilitatis, magnæq; auctthoritatis homines fuerint, neq; Sacram Communionem in eadem Sanctiſsima Capella ſuſcipere ſine eiuſdem licentia.

CONST. ALMÆ DOMVS

CAPVT. IIII.

TRES item erunt Sacriſtæ ex prædictis ordinibus ſimiliter aſſumpti; ad quos quidem ſpectabit curare in primis; vt omnia ad Miſſæ ſacrificium opportuna ea munditia, & puritate in ſacrario conſeruentur, quæ hanc Dei, & Beatæ Virginis Domum maxime deceant. Eccleſiæ ſacramenta diligenter, & exactè miniſtrent: Peregrinum ſacerdotem, & incognitum ad celebrandum abſquè ordinarij licentia, & literis dimiſſorijs, ex Conc. Tridentino Decreto non admittant. Dent operam, vt Miſſæ votiuæ, & conuentuales quotidie celebrentur. Præterea, vt congruis horis iuxta temporum varietatem Diuinum officium peragatur: tamen ne proceſsiones, & aliæ orationes conſuetæ prætermittantur: & cum opus fuerit, campanæ pulſentur. Aduertant præterea diligenter, ne in ſacrario confabulationes fiant, quæ ſacerdotibus celebraturis moleſtiæ, vel impedimento eſſe poſsint. Caueant à perſonarum acceptione; & præcipue ne poſterius accedentes

celebrandi cauſa, eorum qui prius venerunt, locum (neceſsitate non cogente) præoccupare permittant; ſed ſimpliciter, prout quiſq; acceſſerit, cum caritate ſe præparet, & egrediatur. Curent etiam, vt Caſula, Stola, & Manipulus ſint vniformis coloris, atquè eius qui tempori conueniat iuxta Miſſalis noui rubricam tam in priuatis, quàm in ſollemnibus ſacris. Notent præterea, & diligenter quotidie ſcribant ſacerdotum celebrantium nomina; referantquè Gubernatori, ſeu Locum tenenti, vtrum dignitates, Canonici, Manſionarij, & reliqui Clerici ſuo officio defuerint, vel non accedendo ad Eccleſiam, ac in eadem ſtatis diebus celebrando, vel non perſiſtendo in Pœnitentiaria, maxime cum peregrinorum frequentia id exigeret: & demum in omnibus fideles Dei Miniſtros ſe exhibeant.

CAPVT. V.

AD ſubleuandum verò tantum ſacriſtarum onus, quattuor à Gubernatore eli-

gantur Clerici ſacris initiati, quibus victus ex communi Refectorio, habitatio in arce, ac merces duorum florenorum ſingulis menſibus vnicuiq; conſtituatur; peruigilent quoq; in iniuncto ſibi officio exequendo; præſertim vt ſummo mane ſurgentes, campanæ ſigno facto alios ad templum euocent. Non deſint etiam alij, qui ſacerdotibus ſacra facturis præſto eſſe, & inſeruire poſſint, ad eum numerum, qui Gubernatori ipſi, vel Locum tenenti pro temporum qualitate opus fore videbitur.

CAPVT. VI.

TRES etiam, eo modo erunt punctatores, videlicet, Canonicus, Manſionarius, & Clericus, vt vnuſquiſq; eos, qui in quouis ordine defuerint, vel diuinis celebrandis, vel confeſſionibus audiendis dietim punctet. Quod ſi vel conniuere, vel negligenter hoc obſeruare comprobati fuerint, ipſi quoque deficientium pœna mulctentur.

CAPVT. VII.

QVONIAM verò in cæremonijs maximam vim ad excitandam Religionem poſitam eſſe experimur; vt homines his adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem extollantur; eligatur Magiſter ceremoniarum, qui vt ſuo officio probè fungatur, in diuinorum celebratione, optimè ſit verſatus, eique omnes in cæremonijs exactiſſime exequendis diligentiſſime obſequantur. Neq; aliud cæremoniarum genus obſeruetur, præter id quo Capella Sanctiſſimi Domini Noſtri vtitur, iuxta ſeriem Apoſtolicarum literarum quæ ſuper hoc emanarunt, & in Archiuio aſſeruantur.

CAPVT. VIII.

CHORO autem præficiatur Magiſter, qui in Eccleſiaſtico cantu ſit benè eruditus; eius officium id erit; vt, quæ in Eccleſia canenda, vel legenda ſunt, præuideat, præparet, & proponat; quo promptius recitari, vel can-

tari poſsint; Item alios in cantu præibit; vt diſſonantiæ vitentur, Nec non curabit; vt tàm Antiphonæ quàm gradualia, & his ſimilia concorditer, ac rectè cantentur: quo minus audientium aures offendantur. Ad eundemquè ſpectabit prout opportunum iudicauerit, voces depreſſas extollere, vel elatas deprimere, easq́ pro ſuo arbitrio temperare. Idcirco omnes Chori Magiſtro in his, quæ eius partes erunt, obedire teneantur.

CAPVT. IX.

CONSTITVATVR præterea Muſicæ Magiſter, qui non his tantum contentus legibus, quas Trident. Synod. Eccleſiæ Cantoribus præſcripſit; ne inter canendum laſciuum, vel impurum aliquid miſceretur, meminerit ſe in ea verſari Eccleſia, quæ Angelicis vocibus in Chriſti Domini, eiusq́ Virginis Matris laudibus reſonuit. Ideo (cum commode fieri poſsit) ſit vir Muſicæ artis peritiſsimus, atq́ in Muſicis rhythmis, & vocum modula-

tione diuinas laudes exornet; vt verba non penitus inuolui, aut implicari, ſed expreſſe proferri, & clarè intelligi ab omnibus queant.

CAPVT. X.

QVOD verò de cantu dictum eſt, idipſum de Organorum ſono ſtatuitur; vt tàm Organorum ſonus, quam vocum in illis modulatio eiuſmodi ſit, quæ ad pietatem, & religionem audientes excitet, igitur præter organa non adhibeantur alia inſtrumentorum genera niſi ex cauſa aliud Gubernatori, ſeu Locumtenenti videretur.

CAPVT. XI.

AD hanc etiam familiam cum, & famuli dignitatum, & Canonicorum pertineant; præcipimus; vt illorum nemo recipiatur niſi Gubernatori præſentetur, ſeu Locumtenenti; qui diligenter proſpiciat; vt ſint iuuenes ætate idonei, honeſtatis amantes, & ab omni vitio-

rum labe alieni. Et cum ex huius Almæ Domus impenſis ſuſtententur præter illud modicum obſequium, quod ſuis dominis exhibent, inſeruiant etiam ſtatis temporibus menſæ multoquè magis altari, & cuicumq; ſacra facienti, idcirco habitu clericali vtantur; & ſi qua in re deliquerint, grauiter puniantur. Caueant autem Canonici, ne ſub prætextu docendi, vel alterius impenſi officij, aliquid ab huiuſmodi famulis directe, vel indirecte exigant, vel accipiant.

CAPVT. XII.

ET quoniam in tàm magna, & ampla Domo præter prædictos miniſtros, qui Diuino cultui ſunt penitus addicti, multos alios conſtituere oportet; qui vel externis miſericordiæ operibus, vel alijs quibuſcumq; miniſterijs præficiantur, ideo præcipimus; vt tàm prædicti officiales, quàm reliqui omnes in ſubiecto catalogo deſcripti, ſemper ob oculos habeant; ſe non mortalibus, ſed Deo, eiusq; Genitrici ſuum obſequium exhibere; quod vt illis gratum, eiusq; ſalu-

tare futurum ſit, ſummopere cauere debent; ne vel auaritia, idolorum ſeruitus, vel impudicitia caſtitatis inimica, vel inteſtina diſcordia, quæ omnium malorum eſt origo, ſua eos labe inficiat, & deturpet, & quidem quod ad auaritiam, & cupiditatem pertinet; nouerint ſe Chriſti, atq; eius pauperum contractare bona. Quare ſicut illi commendandi ſunt, qui ex officio, & caritate bona diſtribuunt, ita vehementer reprehendendi, & puniendi, qui vel ſibi iſthæc vſurpant; vel certe vbi, quando, & quibus non opus eſt, eadem largiuntur; vel quod deterius eſt, commiſſam ſibi ſubſtantiam ex negligenti cura, & nulla prorſus animaduerſione conſumi, & diſſipari permittunt.

CATALOGVS MINISTRORUM huius Almæ Domus.

Et primo eorum qui à Gubernatore, ſeu Locumtenente ex Capitulo quotannis eliguntur.

1 Cuſtodes Capellæ, Canonicus, Manſionarius, & Clericus.

2 Æditui, ſiue ſacriſtæ, ſimiliter, tres vt prædicti.

3 Punctatores in Choro, itidem tres.

4 Eleemoſynarij, pariter tres.

5 Hoſpitalis præpoſiti Duo, Canonicus, & Manſionarius.

6 Architriclini, ſeu Scalchi tres eadem ratione, vt primi.

7 Diſpenſator, vel pœnariæ cellæ præfectus, vnus.

8 Credentiarius, vel Refectorij præfectus, vnus.

9 Rerum cuſtos, ſeu ſalua robba, vnus.

10 Qui ſuperiorum ædium partis curam gerit, vnus.

Aliorum, qui non ſunt ex Capitulo, nec ita amouentur.

1 Oeconomus, ſeu Magiſter Domus.
2 Supputator, ſeu Computiſta,
3 Cancellarius, & Archiuij cuſtos:
4 Prætor, ſiue Poteſtas.
5 Medicus Phyſicus:
6 Priores Hoſpitalis.
7 Architectus cum ſuis fabris. (Murarijs. (Lignarijs. (Ferrarijs.
8 Factores Duo.
9 Conſeruator Annonæ:
10 Diſpenſator.
11 Aromatarius.
12 Chirurgus.
13 Bombardarius.
14 Cellæ vinariæ Præfectus.
15 Equorum ſtabulo præfectus:
16 Cœrariæ officinæ curam gerentes duo.
17 Coquus.

SECVNDA PARS CONSTITVTIONVM.

De admiſsione, & electione eorum, qui in huius Almæ Domus obſequium aſſumuntur.

QVONIAM *ex his, quæ in ſuperioribus ſtatuimus, facile vnuſquiſq; intelliget, quanta morum grauitate, ſtudiorum diſciplina, & reliquis animi, corporiſq; dotibus inſignitos eſſe eos oportet, qui ad tantæ Virginis famulatum aſſumuntur; idcirco qualitates eligendorum, modumq; eligendi, cum reliquis, quæ electionem conſequuntur, breuiter decernemus.*

CAPVT. I.

Q*VOD ad ætatem pertinet, cuius ſacri Canones propter ſacerdotalis officij dignitatem; magnam rationem habuerunt; Nemo ad dignitates, vel Canonicatus gradus, aſſumatur, niſi trigeſimum quintum annum exple-*

uerit: Manſionarij verò, trigeſimum attigerint. Clerici verò eius ſint ætatis, quod ad ſubdiaconatus ordinem infra ſex menſes promoueri poßint.

CAPVT. II.

HABEANT *præterea non modò bonum conſcientiæ teſtimonium, ne criminoſi, vel aliquo delicto notati fuerint; verum etiam his animi virtutibus præditi ſint; vt non immerito ad huius Eccleſiæ miniſterium aſſumi poßint.*

CAPVT. III.

ITEM *ea ſint præditi ſcientia quæ ipſorum ordinibus, & miniſterijs exercendis ſit neceſſaria. Clerici igitur Chori, quos vocant, latinæ linguæ cognitionem præſertim ſi in minoribus tantum ordinibus ſint conſtituti; & Chriſtianæ Religionis rudimenta teneant, cantum prætereà ſaltem planum, quem in omnibus huius Ec*

cleſiæ Miniſtris ſummè neceſſarium iudicamus, bene calleant, vna cum probabili ſpe, quod ad ſuperiores gradus prouehi aliquando poßint. Manſionarij autem præter hæc, ſacramentorum etiam præſertim pœnitentiæ adminiſtrationem, non qualem cumque, ſed quæ pro huius loci conditione ſit valde conueniens, optime perſpectam habeant. Canonici verò, aut ſaltem duæ primæ dignitates, vt reliquis Eccleſiæ Miniſtris præſto eſſe poßint, maiori ſcientia, ornati eſſe debent. Quapropter ſint etiam in aliqua ſtudiorum vniuerſitate magiſtri, & Doctores, aut in ſacra theologia licentiati, vel in iure canonico promoti; atq; de his omnibus ætate, moribus, & ſcientia publicum, & authenticum ordinarij teſtimonium habeant.

CAPVT. IIII.

CVM igitur Dignitas aliqua, vel Canonicatus, vel Maſionariatus, vel Clericatus vacauerit, ad àliorum nominationem, ſeu electionem hac ratione procedatur, conuocetur

capitulum à Gubernatore, vel Archipresbitero, aut ab antiquiore de Gubernatoris licentia; quam requiſitus omnino preſtare, & congregationi intereſſe debeat; ita, vt ſufficiat petitio ſine impetratione. In dicenda autem ſententia ordine, quo ſederint, vnuſquiſq; tacentibus aliis, loquatur; & ſub arbitraria pœna, abſtineant ab omni contentionum, & conuitiorum genere; ſed modeſtè, & benignè, vt ſacerdotes decet, loquantur; & ſub eadem pœna extra Cupitulum nullo modo loqui audeant de his, quæ in eo acta fuerint.

MODVS autem conuocandi erit ad ſonum campanæ, præuia Miſſa Spiritus Sancti cum orationibus Beatæ Virginis, & pro fratrum concordia, quæ celebrabitur in eius Capella, præſentibus omnibus; qua abſoluta Gubernator cum omnibus, aut maiori parte Capituli locum ingredietur, vbi dicant Hymnum, Veni Creator Spiritus, cum ſuis verſiculis, & orationibus; quæ in principio, & fine congregationum dici debent. Quibus peractis Guberna-

tor, vel primus de Capitulo habita exhortatiuncula proponat breuiter, quæ erunt agenda, & tandem ſecrete iaxta ſacros Canones vnuſquiſq; ſuffragium ſuum ferat, præter Gubernatorem qui duo habebit ſuffragia, & à maiori parte ſuffragiorum quàm ſit dimidia, nominatio, vel eletio fiet. Nominatio autem, & electio, vt purius, & ſincerius exerceatur, ſit quattuor de Capitulo, & totidem extra Capitulum; quorum vnum, qui vt ſupra requiſita ſuffragia habuerit, idoneum repertum ab examinationibus vt infra, confirmabimus. Hic enim modus conuocandi Capitulum, ac in eo procedendi, non ſolum in electione, quæ præcipue ſolet tractari, verum etiam in reliquis, quæ capitulari congregatione indigent, & quæ non ſine grauiſſima pœna inter ſe extra agitare poſſunt, perpetuo obſeruetur. Quicquid autem ſecus actum fuerit irritum penitus cenſeatur, atq; nullius momenti. Licebit autem Capitulo quæ legitime tractata, & decreta fuerint per proprium Cancellarium annotare, & regiſtrare; & ſi quando opus fuerit ad Gubernatorem, vel alios mittere lite-

ras nomine Capituli proprio ſigillo, quod in capſa penes ſyndicum retinenda, aſſeruari volumus ſub tribus clauibus, quarum vnam dignior de Capitulo; Secundam ipſemet Syndicus, Tertiam verò Secretarius retinebit, obſignatas, dummodo earumdem exempla ſemper aſſeruentur.

CAPVT V.

ELECTIONE *autem facta neceſſe erit electum à nobis iuxta Trident. Concil. decreta examinari; idq; fiet coram Gubernatore, vel eius Locumtenente cum altera ex Dignitatibus, & tribus Canonicis, Rectore item Collegij Societatis, aut eo impedito, Lectore cum altero eiuſdem Collegij Theologo per ipſum Gubernatorem, ſeu Locumtenentem, vice qua libet eligendis. Qui quidem omnes diligenti examine de ſufficienti doctrina, & neceſſaria, vt ſuperius diximus ſcientia, diſcrete, ac piè inquirant.*

CAPVT VI.

ABSOLVTO autem examine Gubernator cum quattuor prædictis de Capitulo ad plura ſuffragia de ſufficienti eorum, qui examinati fuerint, doctrina syncerè propriam aggrauantes conſcientiam preuio iuramento iudicabunt.

CAPVT VII.

QVIBVS omnibus fideliter peractis publicum per huius Almæ Domus Cancellarium conficiatur inſtrumentum, quod vbi eius exemplum ad nos per Gubernatorem, ſeu Locumtenentem tranſmiſſum fuerit, diligenter vnà cum examine, & reliquis actis in Archiuio per Cancellarium conſeruabitur. Nec minori diligentia, & ſedulitate curabit; vt inſtrumenta omnia, contractus, & reliquæ ſcripturæ ad hanc Almam Domum, vel Capitulum pertinentes perpetuo cuſtodiantur. Quod, vt facilius præſtetur, Archiuij cuſtos ſpectatæ, & in

tegræ fidei, qui pro tempore idem poterit eſſe, qui & Cancellarius, conſtituatur; Habeat præterea Inuentarium omnium ſcripturarum; vt perfunctus officio omnia integra ſucceſſori reſtituat, & ſub grauiſſima pœna caueat; ne Archetypa, ſeu originales ſcripturæ etiam data fide, & pignore quomodocumq; extrahantur ſine Gubernatoris facultate in ſcriptis obtenta, omneſq; excommunicationi ſubijcimus, qui aliquas huius Domus ſcripturas retinere, aut occultare, & non reuelare præſumpſerint.

CAPVT VIII.

CONFIRMATIONE, ſicut præfertur, habita, & Bullis obtentis beneficij poſſeſſio ſollemniter, ac iuxta inſtitutum Eccleſiæ capietur, præmiſſa tamen profeſſione fidei iuxta Concil. Trident. & formulam fel. record. PII Quarti, quæ talis eſt videlicet.

EGO. N. Credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur Symbolo fidei, quo Sancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet.

CREDO in vnum Deum Patrem omnipotentem, Factorem Cœli, & Terræ; viſibilium omnium, & inuiſibilium, Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum non factum conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt; Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis; Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, Paſſus, & ſepultus eſt; & reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram patris; & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum dominum, & viuificantem, qui ex patre filioq́; procedit; qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur; qui locutus eſt per prophetas; & vnam ſanctam catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum; & expecto re-

ſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſe culi. Amen.

APOSTOLICAS, & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasq́; eiusdem Eccleſiæ, obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum admitto; nec eam vnq́;, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum, accipiam, & interpretabor.

PROFITEOR quoq́; ſeptem eſſe vere, & proprie ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atq́; ad ſalutem humani generis (licet non omnia ſingulis) neceſſaria ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: Illaq́; gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

RECEPTOS quoq́;, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſupradictorum omni-

um ſacramentorum ſollemni adminiſtratione re cipio, & admitto. Omnia, & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Trident. Synod. definita, & declarata fuerunt, Amplector, & recipio.

PROFITEOR pariter in Miſſa offerri Deo, verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis, & defunctis: Atq; in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem vnà cum anima, & diuinitate Domini Noſtri IESV CHRISTI; fieriq; conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam conuerſionem catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

FATEOR etiam ſub altera tantum ſpecie totum, atq; integrum Chriſtum, verumq; ſacramentum ſumi.

CONSTANTER teneo Purgatorium eſſe, animaſq; ibi detentas, fidelium ſuffragijs iuuari: ſimiliter, & Sanctos vnà cum CHRISTO regnantes venerandos, atq; inuocandos

eſſe, eoſq; orationes Deo pro nobis offerr, atq; eorum reliquias eſſe venerandas.

FIRMITER aſſero imagines Chriſti, atq; Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum ſanctorum habendas, & retinendas eſſe; atq; eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam; Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe; illarumq; vſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo.

SANCTAM Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum Matrem, & Magiſtram agnoſco: Romanoq; Pontifici, Beati Petri Apoſtolorum principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro: Cetera item omnia à ſacris Canonibus, & Oecumenicis Concil. ac præcipue à ſacroſancta Trident. Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atq; profiteor: Simulq; contraria omnia, atq; hæreſes quaſcumq; ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reÿcio, & anathematizo.

HANC veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo: Eandem integram, & immaculatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſime Deo adiuuante, retinere, confiteri, atq; à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in meo munere ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari quantum in me erit, curaturum.

TERTIA PARS CONSTITVTIONVM.

De his, quæ ad diuinum cultum pertinent.

CAPVT I.

CVM inter omnes vitæ huius exercitationes præſtantiſſima ea ſit, quæ inſtar beatorum ſpirituum diuinas laudes canendo, & pſallendo perſoluimus: pro viribus enitendum omnibus erit; vt cœleſtis etiam patriæ facies quædam præſeferatur. Idcirco mandamus; vt Dignitates, Canonici, Manſionarij, Clericiq́; omnes in diuino officio perſoluendo præter illam animi puritatem, religioſam attentionem, & ſynceram pietatem, quæ interius coram omnipotenti Deo aſſiſtere debent, vehementer caueant, ne quid indecorum, impolitum, aut à diuinis laudibus alienum acta, vel ſigno efficiant. Propterea fugiant præproperam in pronunciando celerita-

tem, qua vel ſillabæ intercipi, vel verba cæſim, & non integrè proferri ſolent. Euitent etiam ne difformitate vocum, qua nihil eſt indecentius, extra aliorum tonos, & modulos, diuagentur; & quod abſurdius eſt; ne rideant, ridendiuè aliis occaſiones præbeant. Abſtineantq; à mutuis colloquijs, alijſq; rebus tractandis, ne iure dici poſſit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me: immo verò ſic ſe totos interius, exteriusq; componant; vt præſentem Deum, eiuſq; Virginem Matrem, & aſſiſtentes angelos, intueri videantur.

CAPVT II.

QVONIAM vero in diuinarum rerum celebratione, illi maxime coram Deo, & hominibus proficiunt, qui benè affecti animi propenſione, & non quaſi vi coacti dignum Deo famulatum exhibent: hylarem enim Datorem diligit Deus; Præcipimus; vt qui ſtatis horis diuinis non interfuerint; atq; in proprijs locis non reſederint, iuxta ſacrorum Canonum di-

ſpoſitionem, punctentur: & in portionibus vnumquemq; tangentibus pro punctorum numero, nulla penitus facta indulgentia plectantur; tunc autem diuinis aliquis interfuiſſe, & reſidentiam feciſſe à nobis declaratur; ſi ad Canonicas quidem horas, & matutinum, antequam poſtremus Hymni verſiculus expleatur; ad Veſperas autem, & Completorium ante primi pſalmi finem; Miſſæ verò demum quis intereſſe dicatur, ſi ante finem primi (Kyrie) aduenerit; alioquin tanquàm non reſidens habeatur. Idemq; cenſendum eſt de eo; qui nulla cogente cauſa, ante Salue Regina, vel ſimilem Antiphonam receſſerit, vel ex vno in alterum Chorum ſine præfecti licentia tranſierit.

CAPVT III.

VT autem diuinæ ſapientiæ, quæ habitare in conſilijs, & eruditis intereſſe cogitationibus à Salomone prædicatur, corda præparantur, præter illud pietatis, & reuerentiæ ſtudium, quo diuina impenſius ſunt proſequenda, diligen-

ter vnuſquiſq; apud ſe anteuertere debet, quæ publicè agere, vel recitare opportebit. Præuideant ergo Miſſas, Euangelia, Epiſtolas, Lectiones, & reliqua omnia præmature perlegant, ne imparati accedant: & inter legendum, canendumuè errores comittant. Aſſiſtant Gubernatori, vel alteri rem ſacram facienti, vel diuina celebranti, qui iuxta tabulæ ſeriem deſcripti fuerint, alia verò quæ agenda ſunt, ea, qua decet modeſtia, & grauitate tractent.

CAPVT IIII.

QVIA *ad progreſſum in virtutibus faciendum, & ad totius Eccleſiæ ſingulare ſubſidium nullum maius à Chriſto Domino in hac mortalitate gratiæ monumentum relictum eſt, quam ſacroſancta Eucharistiæ, quæ à bona gratia nomen accepit, & ſacramentum, & ſacrificium; conſtanter præcipimus; vt, qui huius Eccleſiæ dignitate aliqua ſunt inſigniti, frequentiſsimè rem ſacram faciant, ſalua cuiuſq; ex ipſius Eccleſiæ inſtituto celebrandi obligatione.*

Qui autem ſacerdotes ſimplices ſunt, iuxta ſacri Trident. Concil. Decretum, Dominicis ſaltem, atq; alijs feſtis diebus omnino celebrare non deſiſtant. Diaconi verò, & Subdiaconi, prima ſaltem cuiusquè menſis Dominica communicent, niſi ſollemnitas aliqua ex infraſcriptis per menſem obtigerit. Ceteri autem omnes, tàm qui minoribus ordinibus ſunt initiati, quàm qui Clericalem induti habitum ex proprij officij munere incedunt, his præcipue diebus, vnà omnes Euchariſtiæ ſacramentum ſument. Natiuitatis Domini, Iouis ſancti, Pentecoſtes, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Omnium Sanctorum, Annunciationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis Beatæ Mariæ ſemper Virginis. Miniſtri, & Laici quicumq;, quater, vt minimum quotannis communicent, videlicet in Paſchate, in Natiuitate Domini, ac ſollemnitatibus Aſſumptionis, & Natiuitatis Beatæ Virginis, vt puriori affectu Dei Genitrici ſuum famulatum exhibeant.

CAPVT V.

O*BSERVENT Nibilominus omnes ordinem in tabula præſcriptum, vt, & ſi frequentius celebrare, ſtatis tamen diebus à re ſacra facienda nullo modo abſtinere debeant. Quamobrem ſtatuimus; vt omnes, qui intra huius Eccleſiæ Capitulum continentur, pro bene factoribus miſſas celebrent; nec Peregrinorum ſacerdotum, quamuis cateruatim hùc confluentium, eorumq́; nomine celebrare cupientium excuſationem prætendere poßint: cum ex ſacri Trident. Concil. decreto, miniſtri omnes in Eccleſia per ſe ipſos ſua munia obire debeant.*

CAPVT VI.

S*ACRVM itaq́; facturus ſacerdos nullis peregrinis ceremoniis vtatur; ſed iis dumtaxat, quæ ab Eccleſia ſunt comprobatæ, nihil addendo, vel immutando ex his, quæ in cuiuſq́; diei præſcripto continentur. Vnde Miſſæ ordinarium bene calleat, & recta inter legendum pro-*

nunciatione vtatur, vt ex interna eius, & externa compoſitione aſtantium, & intuentium animi ad Deum ipſum laudandum magis excitentur.

CAPVT VII.

SACERDOTVM verò miniſtri, qui totius populi vicem gerunt tanta debent reuerentia aſsiſtere, tantaq; modeſtia in ſuo officio deſeruire; vt inſtar leuitæ Stephani Angelicum vultum præſeferre videantur. Idcirco vtantur ſuperpelliceis, modeſte ſubmittant oculos, non circunquaq; eos vertentes, & ab omni leuitate, quæ aſtantium oculos offendere poſſet, omnino abſtineant.

CAPVT VIII.

CVM verò maledictus ille homo dicatur, qui facit opus Dei negligenter, ſatagant, omnes, qua poſſunt ſedulitate; vt cum primum ad ſacra, vel facienda, vel miniſtranda euoca-

ti fuerint, nulla interiecta mora ſeparatos, & omnino expeditos exhibeant: nec ſub prætextu cuiuſcumq; negocij ab iniuncto ſibi officio retardentur.

CAPVT IX:

E *ADEM ratione ſummopere conuenit; vt paterna caritate, atq; animi lætitia cum grauitate miſta peregrinos omnes excipiant ad pœnitentiæ ſacramentum humiliter accedentes, atq; vt tanto officio liberius vacare poſſint, ſtudeant; vt ſollemnibus ſaltem diebus ab omni alia cura vacui reperiantur; & in propria ſede conſiſtentes, velut angeli pacis, accedentes peccatores Chriſto Deo, ac Domino noſtro reconcilient. Nemo autem ſine ſpeciali Gubernatoris, vel Locumtenentis facultate (licet quacumq; dignitate fulgeat) in alia pia opera commutare, aut cum his diſpenſare poſſit, qui, vel huic Domui deſeruire, vel quicquàm tribuere voto, aut quauis obligatione ſe obſtrinxerunt.*

CAPVT X.

CVM verò, vt inquit Salomon, Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enuncient de illo: præcipimus; vt omnes in dignitate conſtituti, Canonici, Manſionarij, & Clerici, illi ſuper pelliceis, & almutijs, Clerici verò ſuper pelliceis tantum tàm in diuinis celebrandis, quàm in confeſſionibus audiendis, in Choroq; exiſtentibus ſemper vtantur; caueantq; , ne in Eccleſia, quæ domus orationis dicitur, deambulationes, confabulationes, aut alia, quæ ad rem non pertinent, intermiſceant: immo verò diuinorum officiorum, Canonicis, & ſacræ Lectionis tempore ſuo exemplo, ita alios præire debeant; vt rudes, & Peregrini ex ipſorum intuitu ad melioris vitæ frugem conuerſi cum maxima ædificatione ad propria reuertantur.

QVARTA PARS CONSTITVTIONVM.

De vita, & honeſtate Clericorum.

CAPVT I.

QVONIAM ſine mutua caritate, quæ eſt vinculum perfectionis, nulla congregatio in ſuo robore diu perſiſtit, aut in honeſta diſciplina ſe continere poteſt: Idcirco præcipimus; vt omnes cuiuſcumq; ſint gradus, vel ordinis, diligenter caueant ab his omnibus, quæ vel charitatem, minuere, vel proximis offenſam dare poſſent; Atq;, vt ad ſpecialia deſcendamus; detractionem, murmurationem, & ſuſurrationem, vt execrandas peſtes fugiant, & inſectentur: nec aliquando patiantur; vt in hoc conuentu, tanquàm in fertili Domini agro inimicus homo ſuperſeminet zizania. Multoq; magis deteſtari debent conuenticula, coniurationes, & factiones, quibus vel inter ſeipſos conſpirare, vel

in alterius inuidiam; & perniciem concurrere videantur. Et quod omnium eſt maxime deteſtandum, abſtineant ab omni opprobriorum genere, ab iniurijs, à maledictis, à libellis famoſis, & ab omni contentione, nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur cuiuſquàm miniſterium, ſi quis autem, quod Deus auertat, ſemel, atq; iterum in aliquo iſtorum deliquerit, mulctetur pecuniaria pœna pro Gubernatoris arbitrio; ſi verò non reſipuerit, nec emendationis ſpes ſubſit, ipſius Gubernatoris arbitrio ab officio ſuſpendatur.

CAPVT II.

IVRAMENTA, quæ alijs ſunt interdicta, ſibi magis prohibita eſſe intelligant, præſertim verò blaſphemias, ne illud Prophetæ dictum adimpleatur in eis; Sacerdotes Dei contaminant ſancta, & reprobant legem. Delinquentes verò pœnas luent; prout in Bulla Pij V. quam in hoc ſeruari mandamus.

CAPVT III.

SI quis huius Almæ Domus bona furtim ſuſtulerit; vel eorum adminiſtrationem parum fideliter exercuerit, ſiue prodigaliter dilapidando, ſiue iniuſte detinendo; præter illas pœnas, quas iura deſcribunt, quibus vnumquemq; ſubiectum eſſe volumus, ipſo facto ſit infamis; & quacumq; dignitate Beneficio, & officio priuetur.

CAPVT IIII.

CVM ſacerdotibus illa verba potiſſimum dicantur: Mundamini, qui fertis vaſa Domini, ita honeſtati, & caſtitati deſeruire debent; vt nullam quidem infamiæ, vel turpitudinis notam contrahere poſſint. Quapropter ab omni mulierum præſertim ſuſpectarum conſuetudine, & familiaritate abſtineant; neq; patiantur ſanguine iunctas, etiam ſi mater, & ſoror fuerint, ſine ſpeciali Gubernatoris licentia ſuas habitationes ingredi: alias ſi ſemel in hoc deliquiſ

ſe comprobentur, pœna decem aureorum ſubiaceant: quod ſi iterum in id prolapſi fuerint pœna duplicetur: rurſus verò delinquentes ab officio Gubernatoris arbitrio ſuſpendantur.

CAPVT V.

ET quoniam, qui male agit, odit lucem; præcipimus; vt ſi quis ex Clero noctù, ſine cauſa, vel minuſq; honeſta, & rationabili vagari compertus fuerit, puniatur, pro Gubernatoris arbitrio. At ſi (quod peius eſt) canendo, vel muſica inſtrumenta pulſando nocturno tempore ambulauerit, primo quidem ſoluet decem aureos, ſecundo verò beneficio, & loco priuabitur.

CAPVT VI.

A LAVRETI confinibus non longius duobus circiter millıaribus abſq; Gubernatoris licentia abeſſe licebit, non autem pernoctare. At ſi quis extra Oppidum pernoctauerit,

pro primo errato decem florenorum pœna ſubijciatur: pro ſecundo verò duplicetur pœna: pro tertiò demum, beneficio, & officio priuetur.

CAPVT VII.

TAXILLORVM, *ſeu Teſſerrarum, alearum, ſeu pictarum pagellarum luſus, & alios quoſcumq; à ſacris canonibus improbatos, ita ſibi prohibitos eſſe intelligant; vt ne ſpectatores quidem huiuſmodi ludorum eſſe poſſint, alios verò luſus à iure permiſſos, vbi, & quando offenſionis cauſa oriri poſſet, nulloq; modo vſurpent. Et quod de ludis dicimus, in choræis etiam laruis, & alijs leuitatibus indignis ſacerdotij nomine, locum habere, volumus, vt pro Gubernatoris arbitrio errantes puniantur.*

CAPVT VIII.

CAVPONAS, *ſeu Tabernas ibi exiſtentes in quibus comeſſationibus, & luxibus obſcani homines ſolent incumbere, omnino*

ne adeant, honeſta neceſſitate non cogente, mul toüe minus inibi comedant: alioquin arbitrio Gubernatoris ſeueriſſime punientur.

CAPVT IX.

ET quia, vt ait Apoſtolus, Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt; in carne enim ambulantes non ſecundum carnem militamus: præcipimus; vt arma ſiue ad offendendum, ſiue ad defendendum parata, non obtenta à Gubernatore licentia, ex vrgenti tantummodo cauſa concedenda per Oppidum Lauretanum non deferant, Clerici præcipue in ſacris conſtituti nullo pacto deferant, niſi per loca minus tuta iter haberent, inobedientes pro Gubernatoris ſententia ſeueriſſime plectantur; ea ſemper circumſpectione adhibita; vt noctis cauſa pœna duplicetur, & aggrauetur.

CAPVT X.

VENATIONEM quoq; contra ſacrorum canonum formam Clerici minime exerceant: ab illicitiſq; artibus, & abiectis officijs, quibus vel ſacerdotis dignitas deturparetur, vel certe à proprijs ſtudijs, & exercitationibus Clerici deturbarentur penitus abſtineant.

CAPVT XI.

IN Refectionis loco, qui Religioſorum more, refectorij, magiſq; Tinelli nomen retinere debet: & ad quem omnes dato ſigno mane, & veſperi, accedere, & vnà, comedere obligantur, niſi aliquibus propter ingraueſcentem ætatem veſperi hyemali tempore diſpenſandum Gubernatori, ſeu Locumtenenti videretur; & ex indulgentia omnibus pro ſua voluntate bis in hebdomada extra Refectorium comedere licebit. Meminerint iuxta Trident. Concil. Decretum, frugalitatis, modeſtiæ, & continentiæ, & ne tali loco ſe indignos efficiant. Caueant

ſummopere à querelis, & murmurationibus, quæ de epulis oriri poſſunt. Regnum enim Dei non eſt eſca, & potus, immo diligenter curent; vt cum ſilentio, dum corpus edendo reficitur, ſua etiam animo ſpiritualis refectio ex lectione, quæ tunc temporis habetur, tribuatur.

CAPVT XII.

PRÆTER ieiunia, quæ ex Eccleſiæ inſtituto omnibus ſunt indicta, quæque ab huius Eccleſiæ Clericis ſumma religione, & obſeruantia cuſtodiri debent, mandamus; vt Beatiſſimæ Dei Genitricis præcipue venerationis gratia ſingulis hebdomadis certa dies, in qua Annuntiationis anniuerſaria ſollemnitas contigerit, obſeruetur. Qua die ab eſu carnium, ouorum, caſei, & lactis omnino abſtineant, licet ieiunare non teneantur.

CAPVT XIII.

QVONIAM verò huius loci continui labores, atq; aëris, ſituſq; inſalubritas, ſine aliquo vacationis tempore, homines diu viuere non permittent; indulgemus; vt cuique pro ſuo arbitratu liberum ſit e duobus anni temporibus partem ſuam habere in qua ab omni labore feriatus eſſe poßit. Primum itaq; tempus vacationis erit, ab octaua Epiphaniæ, vſq; ad primam quadrageſimæ Diem: Secundum verò ab octaua Corporis Chriſti, vſq; ad primam diem Septembris; & tunc temporis ex Gubernatoris licentia, quam liberè petentibus concedet, poterunt recedere. Aegrotis autem ex conſilio Medici facilius hæc licentia concedatur: & quouſq; conualuerint pro reſidentibus habeantur, dummodo fidem illius Medici à quo curati fuerint, authenticam, & iuramento firmatam ſecum referant.

CAPVT XIIII.

ET poſtquàm hæc Alma Domus omnia ſupellectilia in communem conuictum neceſſaria abundanter ſubminiſtrat: præcipimus; ne ex rebus huiuſmodi quiſq́ in priuatum vſum aliquid vſurpare poſſit, etiam ſi leuiſſimum ſit, vt ſcutellæ ſtamneæ, Phialæ, mantilia, & cætera omnia ſimilia, quæ ſi vltra biduum, ſine Refectorij Præfecti facultate apud ſe retinuerit, veluti furti reus puniatur.

CAPVT XV.

ATQVE, vt facilius Clerici huius Eccleſiæ obſequio ſint addicti, liberam illis ex poteſtate nobis conceſſa, prout in Breui, ſiue Bulla deſuper emanata, facultatem facimus teſtandi, ſeu diſponendi tàm inter viuos, quàm cauſa mortis de omnibus, & ſingulis bonis, quæ eis impertito huic Eccleſiæ famulatu acquiſiuerunt; quin immò portionibus, ſeu mercedibus non adhuc ab ipſa Alma Domo exactis ius ſucceden-

CONST. ALMÆ DOMVS
CAPVT XIII.

QVONIAM verò huius loci continui labores, atq; àëris, ſituſq; inſalubritas, ſine aliquo vacationis tempore, homines diu viuere non permittent; indulgemus; vt cuique pro ſuo arbitratu liberum ſit e duobus anni temporibus partem ſuam habere in qua ab omni labore feriatus eſſe poſſit. Primum itaq; tempus vacationis erit, ab octaua Epiphaniæ, vſq; ad primam quadrageſimæ Diem: Secundum verò ab octaua Corporis Chriſti, vſq; ad primam diem Septembris; & tunc temporis ex Gubernatoris licentia, quam liberè petentibus concedet, poterunt recedere. Aegrotis autem ex conſilio Medici facilius hæc licentia concedatur: & quouſq; conualuerint pro reſidentibus habeantur, dummodo fidem illius Medici à quo curati fuerint, authenticam, & iuramento firmatam ſecum referant.

CAPVT XIIII.

ET poſtquàm hæc Alma Domus omnia ſupellectilia in communem conuictum neceſſaria abundanter ſubminiſtrat: præcipimus; ne ex rebus huiuſmodi quiſq; in priuatum vſum aliquid vſurpare poſſit, etiam ſi leuiſſimum ſit, vt ſcutellæ ſtamneæ, Phialæ, mantilia, & cætera omnia ſimilia, quæ ſi vltra biduum, ſine Refectorij Præfecti facultate apud ſe retinuerit, veluti furti reus puniatur.

CAPVT XV.

ATQVE, vt facilius Clerici huius Eccleſiæ obſequio ſint addicti, liberam illis ex poteſtate nobis conceſſa, prout in Breui, ſiue Bulla deſuper emanata, facultatem facimus teſtandi, ſeu diſponendi tàm inter viuos, quàm cauſa mortis de omnibus, & ſingulis bonis, quæ eis impertito huic Eccleſiæ famulatu acquiſiuerunt; quin immo portionibus, ſeu mercedibus non adhuc ab ipſa Alma Domo exactis ius ſucceden-

di his, qui ab inteſtato ſuccederent, libere damus, quibus tamen deficientibus Eccleſia ipſa ſuccedat.

CAPVT XVI.

CVM ad internam morum honeſtatem declarandam externi habitus decor plurimum conferat: præcipimus; vt non modo in ſacris conſtituti, verum etiam minoribus ordinibus initiati, ſi Clericali priuilegio potiri volunt, deferant honeſtum habitum ſuo ordini congruentem: quod vt planius explicemus, mandamus; vt ſericas veſtes nullo modo deferant. Inferiores verò togæ, quæ ſubtanæ vulgò apellantur ab omnibus de Capitulo ad talos vſq; protenſæ deferantur. Alijs verò Celricis ob paupertatem licebit huiuſmodi veſtes ad genua tantis productas habere. Indulgemus tamen; vt pro itinere conficiendo breuibus veſtibus vtantur, modo à Clericali honeſtate non abhorreant, ſit autem veſtium color omnino niger Caligæ præterea Clericorum non ſint inflatæ, vel inciſæ, aut elegan-

tiori arte elaboratæ. Sint etiam calcei, & crepidæ ſimplices, non inciſæ, nec ſericeæ. Subuculas autem, vel camiſias habeant nulla in parte exteriori criſpatas, ſeu latucatas, aut aliquo ſtudio perpolitas. Pileos Clerici non gerant intra Eccleſiam, nec niſi neceſsitatis tempore, qui ſimplices eſſe debent, non acuti, ſiue turbinati, ſubireta ſint, & ipſa ſimplicia, & honeſta, & dum Miſſæ ſacrificium celebratur, ſemper deponantur. Clerici anulos non deferant, niſi id dignitas poſtulet. Atque, ſi contra huiuſmodi veſtitus decorùm aliquis deliquerit, præter rerum in quibus peccauerit ammiſsionem, Gubernatoris iudicio pro modo culpæ puniatur.

CAPVT XVII.

OMNES præterea ſacris ordinibus initiati, iuxta ſui ordinis gradum, tonſuram conſpicuam, vel Clericalem capitis coronam continue gerant. Sacerdotes verò barbam non nutriant: ſed à ſuperiori labrò ita detonſam, & in alijs ſuis partibus aptatam ſemper habeant; vt

ſumentibus Chriſti corpus, & ſanguinem, ſanctiſſimum nullàtenus ſit impedimento.

CAPVT XVIII.

QVONIAM verò teſte Salomone, audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligens gubernacula poßidebit: volumus; vt lectionibus publicis theologicis, quæ in Eccleſia leguntur, omnes intereſſe debeant, eumq́; fructum percipere laborent, quem in examinatione Gubernator deinde animaduertet. Confeſſarij verò qui ad omnium confeßionis excipiendas ſunt expoſiti, moralium quæſtionum rationem, & conſcientiæ difficultatum ſolutionem perſpectam habere debent; pro ſua virili nitantur; vt quotidiè in hac cognitione proficiant; ne fòrte id ipſum negligentes, & alijs, & ſibi ſint detrimento.

CAPVT XIX.

MAXIMÆ expedit, immo neceſſe; vt Miniſtri huius, ad quod velut ad to-

tius orbis aſylum ex omni terrarum plaga pro ſuæ ſalutis tutela, homines confugiunt: ſint viri non ſolum ab omni criminis ſpecie, & ſuſpicione liberi, verum etiam prudentes, docti, & pij; vt prudentia cautelam, doctrina medelam, pietate verò ſalutem tam vario, rudi, & infirmo hominum generi pro viribus ſubminiſtrent. Quapropter offenſiones Peregrinis exhibitas Gubernator ſeueriſſime, & pro delicti grauitate puniat, & ad abolendam omnem flagitij formam, vnde alijs iuſta offenſionis cauſa oriri poſſet, præmia etiam delatoribus perſoluentur.

CAPVT XX.

DENIQVE præter ea, quæ hactenus dicta ſunt, volumus; vt quæcumq; generatim ex ſacris Canonibus, generalibus Concilijs, vel Apoſtolicis ordinationibus, ad Clericorum vitam, & honeſtatem pertinentia, ſancita ſunt, ſpeciatim à noſtris Clericis obſeruari ſub pœnis in eiſdem contentis; quas ſacri Trid. Conc. auctoritate inſtauramus. Meminerintq; Cleri-

ci omnes nihil eſſe, quod magis alios ad pietatem, & Dei cultum inſtruat, quam eorum vitam, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio mãciparunt. Et propterea ita mores ſuos, & vitam componere ſtudeant; vt eorum actiones cunctis venerationem afferre poſsint; & precipue Peregrinis, qui bene ædificati ex hoc loco recedentes, bonum ipſorum odorem vbiq; diffundant.

HARVM omnium conſtitutionum lectio in Refectorio tertio quoq; Menſe habeatur; ne per humanæ fragilitatis conditionem, vel è memoria excidant, vel minus prompte (cum opus fuerit) in praxim exeant: atq;, vt Conſtitutiones magis vnicuiq; familiares reddantur, ſinguli ſtudeant earum exemplar apud ſe retinere; vt eas opere exequi, & factis adimplere poſsint; ad Dei Opt. Max. laudem, ac Beatiſsimæ eius Virginis Matris gloriam ſempiternam. Amen.

IV.^{s} CARD.^{lis} VRBIN.^{s} GVB.^{tor} PERP.^{us}

Datũ Laureti, die 22. Nouembris. 1575.

Camillus Perutius sec.

INDEX EORVM QVÆ IN hoc libro continentur.

Illuſtriß. ac Reuerendiß. Cardinalis Almæ Domus Lauretanæ Protectoris, ad omnes huius Eccleſiæ Miniſtros, Epiſtola.

CONSTITVTIONVM PRIMÆ partis capita.

DE MINISTRIS ALMÆ domus.

DE Locumtenente, ſeu Gubernatore Almæ domus. cap 1.
De Capitulo in uniuerſo, & ex quibus conſtet. cap. 2.
De Capellæ Cuſtodibus. cap. 3.
De Sacriſtis, ſeu Æditujs. cap. 4.
De quatuor miniſtris Sacriſtiæ. cap. 5.
De punctatoribus. cap. 6.
De Ceremoniarum Magiſtro. cap. 7.
De Chori Magiſtro. cap. 8.
De Muſicæ Magiſtro. cap. 9.
De Organorum, & vocum ſono. cap. 10,
De dignitatũ, & Canonicorũ famulis. cap. 11.
De Almæ Domus Miniſtris. cap. 12.

CONSTITVTIONVM SECVNdæ partis capita:

DE ADMISSIONE, ET electione eorum, qui in huius Almæ Domus obſequium aſſumuntur.

DE Singulorum huic Eccleſiæ inſeruientium ætate. cap. 1.
De eorundem fama. cap. 2.
De eorundem ſcientia. cap 3.
De modo conuocandi Capitulum, & in eo ſententiam dicendi in electionibus. cap 4.
De eligendorum examine. cap. 5.
De approbando examinato ad plura ſuffragia. cap. 6.
De inſtrumento publico conficiendo pro his, qui in Capitulum aſſumuntur. cap. 7.
De fidei profeßione profitenda. cap. 8.

CONSTITVTIONVM TERtiæ partis Capita.

DE HIS QVÆ AD DIVINVM Cultum pertinent.

DE Diuino officio in Choro recitando. cap. 1.
De ijs punctandis, qui diuino officio, & Miſſæ non interſunt. cap. 2.
De præparatione ad diuina officia exequenda. cap. 3.
De tempore quo Almæ Domus Miniſtri ſacramenta ſumere tenentur. cap. 4.
Vt quiſq; ſuo ſtato tempore celebret. cap. 5.
De proprijs Eccleſiæ ceremonijs vtẽdo. cap. 6.
De modeſtia in officio ſingulorum ſeruanda. cap. 7.
De præparatione ad ſacra obſequia obeunda. cap. 8.
De Confeſſionibus audiendis, & de non commutaandis, ſeu diſpenſandis votis huic Eccleſiæ factis. cap. 9.
De ſuperpellicijs, & almutijs vtendo. cap. 10.

CONSTITVTIONVM QVARTÆ partis Capita.

DE VITA ET HONESTATE Clericorum.

DE charitate ad inuicem ſeruanda. Cap. 1.
De iuramentis, & blaſphemijs euitandis. cap. 2.
De non furtim ſurripiendo, ſeu dilapidando, aut iniuſtè retinendo huius Almæ Domus bona. cap. 3.
De caſtitate tuenda, & fœminarum conſuetudine fugienda. cap. 4.
Ne quis ex Clero noctù diuagetur. cap. 5.
Ne quis à Lauretanis confinibus ad duo miliaria, ſine facultate abſcedat. cap. 6.
Ne prohibitis ludis vtantur, nec ijſdem aſſiſtent. cap. 7.
Ne, niſi vrgente neceſſitate, Cauponas, ſeu Tabernas adeant. cap. 8.
De non geſtandis armis. cap. 9.
De venationibus prohibitis euitandis. cap. 10.
Vt vnà in Refectorio, ſeu Tinello cibum ſumant. cap. 11.